

Divi Thomae Aqvinatis Doctoris Angelici Opera Omnia

Summa diligentia ad exemplar Romanæ Impreßionis restituta

Complectens Primam Secundæ, & Secundam Secundæ Summæ
Theologiæ

Thomas <von Aquin, Heiliger>

Venetiis, 1593

10 Vtrum possit perseuerare in bono per se ipsum.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72759](#)

QVAEST. CIX.

facere bonum, & omne malum vitare: & conclusio est negativa. Et hic sensus licet claudatur in conclusione huius articuli, non tamen videtur directe intentus, tum quia rationes litterae non tendunt ad hoc, quod homo non potest esse sine veniali aliquo post consecutam gratiam: tum quia in sequenti articulo ex decisione istius articuli co-

cluditur, quod homo sine speciali auxilio Dei non potest uitare mortale post consecutam gratiam: quia eger illud ad perseverandum in gratia, quae non perdatur nisi per mortale. Non igitur statuis articuli huius in præservatione a malo veniali, sed ad plus indigentia talis auxiliij extendi dicitur.

Tertiò potest intelligi titulus, & conclusio simpliciter, id est ab ipso determinatio ne aliqua, ut sit sermo de bono consono gratiae, & malo dissonanti, hoc enim sub intelligi potest ratio ne subiecta materia de qua tractatur, & de operatione boni, & uitiatione mali non ad horam, aut reipetitum huius, hoc etiam subintelligi patet ex eo quod non dicitur

Cap. 26. eir-
ca f. 107.

gr. 2. huius q.

simpliciter aliquis potens ambulare, qui potest ad horam, aut in solario plano ambulare. Et tunc in questione versatur, an homo consecutus gratia, bona opera qua continuo facit, & malam que uitat, non hic, aut nunc, sed absolute operatur, & ut sit ex sola gratia habitualis, an ex speciali etiam auxilio Dei. Et hic sensus est intentus ab auctore, & respondet plaus sensu litterae: & est conclusio negativa in litera, quod scilicet homo per solum donum gratiae non potest operari bona opera, & uitare mala uitata: sed ad hoc eget speciali auxilio Dei. Vltra gratiam. Erratio litterae est, quia gratia non dat quicquid opus est ad haec duo, nam relinquit carnem infirmam, & intellectum obscurum, quibus nisi speciali Dei auxilio subueniatur inter tota occurreria infinitas carnis, & obscuritas intellectus abducet librum arbitrium a gratia, tollendo uolum gratiae, & trahendo ad infima carnis, & expeditam secundam apparentiam

¶ 3 Præt. Si homo consecutus gratiam, adhuc alio auxilio gratiae indiget ad hoc, quod recte vivat, & a peccato abstineat, paratione etiā illud alio auxilio gratiae consecutus fuerit, adhuc alio auxilio gratiae indigebit: pro cedetur ergo in infinitum, quod est inconveniens. ergo ille, qui est in gratia, non indiget alio auxilio gratiae ad hoc quod bene operet, & a peccato abstineat.

SED CONTRA est, quod Aug. dicit in lib. * de natura & gratia, quod sicut oculus corporis plenissime sanus, nisi cædore lucis adiunxit, non potest cernere: sic & homo psestissime est in iustificatus, nisi aeternali luce iustitiae diuinitus adiunxit, recte non potest vivere. Sed iustificatio fit per gratiam, fm ilud Rom. 3. Iustificati gratis per gratiam ipsius, ergo etiam homo habens gratiam, indiget alio auxilio gratiae ad hoc quod recte vivat.

RESPON. Dicendum, quod sicut supra dictum est, homo ad recte vivendum dupliciter auxilio Dei indiget. Vno quidem modo quantum ad aliquod habituale donum, per quod natura humana corrupta sanetur, & etiam sanitata eleuetur ad operanda opera meritoria uitæ aeternæ, quæ exceedunt proportionem naturæ. Alio modo indiget homo auxilio gratiae, ut a Deo moueatur ad agendum. Quatum igitur ad primum auxiliij modum homo in gratia existens, non indiget alio auxilio gratiae qualis aliquo alio habitu insulso: indiget tamē auxilio gratiae fm aliud modu, ut sicut Deo moueatur ad recte agendum: & hoc pp duo. Primo quidem ratione gñali pp hoc, quod sicut supra dictum est, nulla res creata potest in quemcunq; actu prodire, nisi virtute motionis diuina. Secundo, ratione speciali pp conditionem status humanæ naturæ, quæ quidem licet per gratiam sanetur quantum ad mentem, remanet tamē in ea corruptione, & infectio quantum ad carnem, per quam seruit legi peccati, ut dicit Rom. 7. Remanet etiam quædam ignorantia obscuritas in intellectu, fm quam, ut etiam dicitur R. 8. quid oremus, sicut oportet, nescimus. Propter uarios n. rerum eventus, & quia est

F infirmi viuis. Cum quo tamen stat, quod homo ei potest ipso gratia uti bene faciendo, & mala uita, & hoc.

¶ Et debes scire, quod licet minima gratia sufficiens, tum est ex te, restituere omnibus emergentibus tam ex

nolipsos non perfecte cognoscimus, non possumus ad plenū scire quid nobis expediat, fm illud Sap. 9. Cogitationes mortaliū timidae, & incertæ prouidentiae nostræ. Et ideo necesse est nobis, ut a Deo dirigamur & protegamus, qui omnia nouit, & omnia potest. Et propter hoc etiā renatis in filios Dei per gratiam conuenit dicere: Et ne nos inducas in temptationem: & fiat voluntas tua, sicut in celo & in terra &c. quæ in oratione Dominica continentur ad hoc pertinentia.

AD PRIMUM ergo dicendum, quod donum habitualis gratia non ad hoc datur nobis, ut p. ipsum non indigemus ulterius diuino auxilio: indiget n. qualibet creatura, ut a Deo confernetur in bono, quod ab eo accepit. Et ideo si post acceptam gratiam homo adhuc indiger diuino auxilio, non potest cœcludi, quod gratia sit in uanum data, uel quod sit imperfecta: quia etiam in statu gloriae quādo gratia erit omnino perfecta, homo diuino auxilio, indigebit. Hic autē aliqui querunt gratia imperfecta est, inquantum hominem non totaliter satiat, ut dictum est.*

AD SECUNDUM dicendum, quod operatio Spiritus sancti, quæ nos mouet & protegit, non circumscribitur per effectum habituialis doni, quod in nobis causat, sed præter hunc effectum nos mouet, & protegit simul cum Patre & Filio.

AD TERTIUM dicendum, quod ratio illa concludit, quod homo non indiget alia habituali gratia.

ARTICVLVS X.
¶ Vtrum homo in gratia constitutus indiget auxilio gratiae ad perseverandum. AD DECIMVM sic proceditur. Videtur quod homo in gratia constitutus non indiget auxilio gratiae ad perseverandum. Perseverantia n. est aliquid minus uirtute, sicut & continentia, ut patet per Philos. in 7. Ethic. * sed homo non indiget alio auxilio gratiae ad habendum uirtutes, ex quo est iustificatus per gratiam. ergo multo minus indiget auxilio gratiae ad habendum perseverantiam.

¶ 2 Præt. Oes uirtutes simul in

ro sit potens uitare malum, ex se quoque patet: quia per idem principium vitamus contrarium, per quod possumus in reliquum. Per idem enim ignis calefacit, & fugat frigus & grau: descedit, & reficit acescū, & fortis pugnat, p. liberat, & reficit seruitur. ¶ Ad hoc dicitur, quod quandocunque vīta, tenoperato potenter alius alius de peccatis, quam ex potentia, non ex forta potestate non potest inferri vīta, seu operato illius in aetate exercito. Verbi gratia. Potentia virtutis habet pro proprio libro iudeo, quod dependet, & ab obiecto, & lumine, & propere non potest ex hoc solo, quod homo habet potentiam usum, inferri, ergo ex sola potentia usum potest uide: quoniam sine extremitate lumine nuncquam exhibetur in actu. Potentia ergo exigens aliquod extremitatem ad executionem suum, non sufficit sola ad proprium actum, unde quemadmodum statim haec similitudine, Homo habet potentiam, qua potest uide: & Homo non potest nisi in proprio, quia gratia est ea qua homo potens elicere operationes bonas, & refire impulsione tentationis, & continuare in hoc, quod est perseuerantia, ideo homo donatus dicitur dono, qui haec potest. Sed gratia non potest exercere hostias simpliciter quia poterit, ubi eportet, &c. car. quimus posse ad hostiam sacrificare carnis ministrare eius, & lumine intellectus cooperari eidem, quod est oppositio substantiarum arbitrium ab aliis gratia, sine extremitate lumine, & opere, altera propter obsecratiem, altera proper insemitatem, deo dicitur quod homo ex sola gratia sine speciali auxiliis non potest in hac simpliciter. Et est simile, si ponamus hominem inservientem in multis in uires intellectus, tunc enim homo intellexit ut principia intelligendi etiam habuisset, est potens intelligere, & utarre, & errare, & in hoc continuare, quia in-

funduntur: sed perseuerantia ponitur quædam virtus, ergo uidetur p. simili cum gratia infusa aliis virtutibus perseuerantia detur.

¶ 3 Præt. Sicut Apost. dicit ad R. o. Plus restitutum est homini per donum Christi, quām amiserit per peccatum Adam: sed Adam accepit unde posset perseuerare, ergo multo magis nobis restitutus p. gratia Christi, ut perseuerare possimus: ita homo nō indiget gratia ad perseuerandum.

SED CONTRA est, qd Augu. dicit in libro de perseuerantia. * Cuc perseuerantia posicur a Deo, si nō datur a Deo? & ista irrisoria petitio est, cū id ab eo perit, quod scitur nō ipsum dare, sed ipso non date esse ī hominis potestate. Sed perseuerantia petitur etiam ab illo, qui sunt per gratiam sanctificata, quod intelligitur cū dicimus, Sanctificetur nomen tuum, ut ibidem Aug. cōfirmat per verba Cypriani. * ergo homo etiā in gratia constitutus, indiget ut ei perseuerantia a Deo detur.

RESPON. Dicendum, quod perseuerantia tripliciter dicitur. Quādoque enim significat habitum mentis, per quem homo firmiter stat, ne remoueatur ab eo, quod est secundum virtutem per tristitia irruentes, ut sic se habeat p. perseuerantia ad tristias, sicut continentia ad concupiscentias, & delectationes, vt Philosophus dicit in 7. Ethico. * Alio modo potest dici perseuerantia habitus quidam, secundum quem homo habet p. positum perseuerandi in bono usque in finem. Et utroque istorum modorum perseuerantia simili cum gratia infunditur, sicut & continentia, & ceteræ virtutes. Alio modo dicitur perseuerantia continuatio quadam boni usque ad finem vite. Et ad talenm perseuerantiam habendam homo in gratia constitutus non quidem indigerat aliqua alia habituali grā, sed diuino auxilio ipsum dirigente, & protegente contra tentationē impulsi, sicut ex precedēti questio ne apparet. * Et ideo postquam aliquis est iustificatus per gratiam, necesse habet a Deo petere p̄dictū perseuerantiae donum, ut scilicet custodiatur a malo usque ad finem vita. Multis enim datur gratia, quibus nō datur p. seuerare in gratia,

A telicū continēt magis intelligendo fortificatur. Verūnamē quia ad continuationem, & perfectionem actus intellectus quādo oportet exigunt latitas virium interiorum: ideo homo talis non poterit quando oportet uti intellectu in iudicando &c. p. infirmitate virium, nisi opem quis ferat sanitatis; quādis poterit sine tali opere ad horā recte iudicare.

¶ Et sic habes, q̄ hi

duo artic. de necessitate diuini auxilij ad

vīsum gratie funequo

nī malius dasur gratia, quibus nos datū

ut ē quando oportet, sed cīnīa permisōne abīcere ēā.

Et sic datur donum, quo possim̄ bene operari & refilere tentationibus, & perseuerare omnibus, quibus datur gratia; nouamen omnibus datur executio horum similes; ut experientia testatur, quia non omnibus datur extrīca requiriā ad talē executionē.

& ideo oportet orare, Ne proicias nos in tempore fœlicitatis, cum defecerit virtus nostra, ne derelinquis nos, domine;

Ne nos inducas in temptationem.

Marginalia

Ad articulo

Ad articulo